



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Unus Pro Omnibus, Hoc est: Christus Jesus Dei Filius

Ginther, Anton

Augustæ Vindelicorum, 1733

VD18 12431648

Consideratio CLXI. De cultu & veneratione SS. Crucis & imaginum SS.
Crucifixi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45934](#)

CONSIDERATIO CLXI.

De cultu & veneratione SS. Crucis, aut imaginum SS. Crucifixi.

Cui honorem, honorem. Rom. 13. 7.

I.

Nihil sanctius olim in lege habebant Judæi, quam arcam Domini, quæ ex lignis incorruptilibus ad instar ciste quadrata facta. & coronâ aureâ per circuitum ornata fuit: *Arcam de lignis Setim compingite &c.* Hæc arca quasi sedes & thronus ipsius Dei, in his terris fuit, per quam exoratus propitium atque placabilem se populo exhibere, & oracula ac responsa, quando in rebus dubiis per Pontificem interrogabatur, dare solebat; supra hanc arcam & Propitiatorium ex auro purissimo à duobus Cherubinis sustentatum, collocatum est, ob quam causam semper dicta arca ab Hebræis profundo & humili obsequio adorabatur, profanisque capitale fuit eam vel manibus tangere, ut Oza expertus est: *In ratiisque indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate, vel curiosius solùm oculis intueri, uti Bethsamitibus accidit: Percussit autem de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini: Et percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.* Tanta nimirum hujus arce religio, cultus & aestimatio fuit, unde rectè pro lemimate illi inscribes: *Sancta sancte.*

Exod. 25. 10.

2. Reg. 6. 7.

Reg. 6. 19.

I. Jo. 2. 2.

Psal. 98. 5.

**Quaresm. to.
2. c. 12. sect. 1.**

Per hanc arcam foederis Crux Dominica præfigurata est, quæ est vera Christianorum arca, vel potius ipse Crucifixus Dominus, ita S. Gregorius: *Arca est Redemptor noster, qui in cruce exaltatus verum & unicum Propitiatorium pro peccatis nostris factus est: Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi;* Quapropter dignissimus est, ut ab omnibus profundissima animi demissione adoretur. Audi Psaltem regium: *Exalte Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est, per quod scabellum ab omnibus colendum & adorandum S. Hieronymus crucem Dominicam intelligit.* Ita Quaresmius.

2. His

2. His præmissis, inter Catholicos & Sectarios non levus est controversia, quo tandem cultu ac veneratione SS. Crux, aut imago Crucifixi Salvatoris nostri honorari & coli possit, cùm DEus expressè quondam mandaverit: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem*, Exod. 20. 4.
quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum.

Respondetur cum unanimi Ecclesiæ, Conciliorum & SS. Patrum sensu & consensu, SS. Crucem, aut imaginem Crucifixi JESU cum certo respectu ad ipsum prototypon, seu exemplar quod proponit, esse colendam cultulatriæ, NB. non absoluto, sed respectivo, eò quod talis cultus & adoratio crucis non in lignum aut materiam, sed in ipsum suum prototypum, videlicet Crucifixum JESUM tendat ac referatur. Ita Concilium Nicænum, quod fuit cœcumenicum: *Honor imaginis resultat in prototypum*, ex quo pariter hi duo versiculi in latinum translati sunt:

*Effigiem Christi cum transis, semper honora,
Non tamen effigiem, sed quem designat, adora.*

3. Ita olim Jacob Patriarcha, è vita mortali nunc brevi discessus, fastigium virgæ Josephi Aegyptiorum Pro-Regis adoravit: *Fide* Hebr. II. 21.
Jacob, moriens, singulos filiorum Joseph benedixit: Et adoravit fastigium virgæ ejus; ubi observandum, quod non immediatè virgæ attribuerit honorem, sed Josepho præsenti, imò ipsi Christo, olim in virga crucis orbi universo dominaturo, quem tunc Jacob ex virga Jesse nasciturum non obseurè prævidit: & ideo, ait Cornelius, *quasi in imagine sua representatum adoravit.*

Ita Regis imago, purpura, sceptrum, corona, thronus demissus osculo, imò & genu flexo ab ipsis Sectariis adorantur, quem honorem non utique lapidi, ligno, picturæ, auro aut vestimento, sed ipsi Regi deferre cupiunt, quem tantoperè in sua imagine honorant; Certè Angli etiam vacuo throno regio regios exhibent honores, quem nunquam prætereunt, quin illum poplite flexo & humili corporis inclinatione venerentur.

Audi S. Ambrosium dilucidè de hac materia scribentem: *Qui, inquit, imaginem coronat Imperatoris, utique illum honorat, cuius imaginem coronavit; & qui statuani contempnit Imperatoris. Imperatori utique videtur secisse in s. Ambros. juriam.* Sic qui veneratur imaginem Christi, Christum utique videtur fecisse in honorare, qui verò ejusdem imaginem contemnit, Christum spernit Psal. 118. & contemnit, quia honor, qui defertur imagini, in eum redundat, cuius imago est, & è contrario contumelia, quæ statuæ infertur, in eum redundat, cuius est statua.

4. Et

4. Et quid dico? An non illud vexillum in pretio habetur, p. quod hostes patriæ debellati, civésque in libertate à gravissimo jugo fuerunt asserti? Sic videmus ejusmodi viētricia signa, ac glorioſa trophya Romæ in Vaticano ac paſtim in aliis templis ante ara ſuſpensa. ut civibus & populo Christiano in memoriam hanc vel illam à Barbāris obtentam renovent viētoriam. Ita ille gladius, quo David Goliath ſuperavit, ab Hebræis, tanquam res DEO ſacra, in tabernaculo post Ephod, pallio prelio involutus, pro memoria & ſigno erga DEum gratitudinis, ob obtentam viētoriam & reparatam populo ſiltem recte aſſervatus fuit: *Ecce hic gladius Goliath Philistæi, quem percaſſi in valle terebinthi, eſt involutus pallio poſt ephod &c.* Et cur, obſecro, nos Catholici, qui in cruce à Christo redempti, & à ſervitute diabolica in libertatem filiorum Dei asserti ſumus, non pariter hoc ſalutis ſignum ac trophyum debitā veneratione colamus, & publicè devotioni fidelium ad renovandam redēptionis noſtræ memoriam in Ecclesia proponamus? Non quōd lignum aliquo religioso ſit dignum honore, ſed ille, qui peperdit in ligno omni dignus eſt honore.

5. Accedit, quōd uſus SS. Crucis, aut imaginum crucifixi Salvatoris noſtri omnibus fidelibus ſit valde utilis, quia instruunt ſimplices & rudiores in fide, quibus Crucifixus pro libro eſt; admonent infuſciantes ac doctiores, ne Dominicæ obliuiscantur passionis, quia obiecta movent ſenſus. Afficiunt & excitant omnes veros Christians ad amandum, colendum & imitandum Crucifixum JESUM: *Sapè uſe-venit, ait S. Damascenus, ut Domini paſſionem animo minimè verſantes, con-ſpectu Christi crucifixi imagine, in ſalutiferā paſſionis memoriam redeamus &c.*

Neque hīc periculum aliquod idolatriæ timendum eſt, cum SS. Crucem, aut imaginem Crucifixi Domini non ut idolum veneremur, ſed omnem honorem in ipsum prototypum cultu relativo & religioſo referamus; ſicut enim imaginem Cælaris propter Cæſarem, ita etiam ſ. Ang. 1. 2. veneramur imaginem Christi propter Christum. Audi S. Augustinum mor. c. 2.

*Nec Deus eſt, nec homo, praefens, quam certa, figura,
Sed Deus eſt & homo, quem ſignat ſacra figura,
Hanc & ego veneror; JESUM quoque ſemper adoro.*

6. Cæterū objiciunt Sectarii & crucis inimici: Crux Christi & effigies Crucifixi cum cæteris paſſionis instrumentis potius ſunt execranda, quam honoranda; rationem addunt, quia pientiſſimo orbis Redemptori attulerunt dolorem & ignominiam; & quis filius illud honoret patibulum, in quo dilectus ejus pater fuit ſuſpensus? Sed responderetur

Crux
Chriſti
volun-
tato,
Ad ce-
imò 8
bilita-
eius h
imagi-
argu-
neren-
dus e
piam
toto t
religi-
priu-
tur,
ſigno
mund
te ſu
fan-
militie
obgan-
cata
in bra-
Cruci-
velut
Cruci-
Galat
Moſcri
A
truci-
mend
nu
Crux

Crux & cætera passionis Dominicæ instrumenta esse, & fuisse signa Christi in nos amoris vehementissimi, quia se illis ob salutem nostram voluntariè subjecit, insuper sunt pignora tam nobilis triumphi de peccato, morte & diabolo, & ideo talia à nobis cultu respectivo adorari. Ad confirmationem dicendum: Si pater voluntario rempublicam, in dō & orbem liberasset suppicio ab interitu, & hac ratione suam nobilitasset familiam, posset sine dubio illius filius instrumenta mortis ejus honorare, quemadmodum nos honoramus crucem, & Crucifixi imaginem.

7. Sed pergunt Sectarii urgendo, prout opinantur, prædictum argumentum: Quare, inquiunt, nos Catholici non quoque asinum veneremur, supra quem Christus Dominus in Jerusalem quondam ve-
dus est? Cùm sit eadem ratio crucis & asini? Respondeo ad hanc impiam & stolidam objectionem, quod nos Catholici, quorum fides in
toto terrarum orbe rutilat, libenter ejusmodi asinum, utpote omnis
religiōsi honoris incapacem istis Sectariis relinquamus, tanquam pro-
prium illorum reliquiarium, hunc ipsi venerentur, colant & exosculen-
tur, per nos licet. Nos verò Orthodoxi cum Apostolo non in alio
signo gloriamur, quam in cruce Domini nostri Iesu Christi, in qua Gal. 6. 14.
mundum ab interitu vindicavit, in qua Christus triumphavit, & mor-
tesua mortem superavit in æternum.

8. Finio: Hanc igitur SS. Crucem divino cruore purpuratam &
sanctificatam non propter se, sed propter illum, qui in ea pependit, hu-
mileriter veneremur, non obstante, quidquid in contrarium blaterent &
obganiiant impuri Sectarii. O bone DEus! colunt hi miseri & ob-
secrati, planèque adorant suarum venerum effigies ac reliquias, quas
in brachio, vel in collo ad pectus suspensas, aut in hypocausto (loco
Crucifixi) expositas tenent, ex quarum asperitu lètantur, & in effrenes,
velut equus & mulus, dissolvuntur cupiditates; Et Christus Iesus & hic
Crucifixus ante illorum oculos sit proscriptus & eliminatus? O insensati Gal. 3. 1.
Galatae, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus
proscriptus est in vobis crucifixus?

Audiant pro coronide hujus Considerationis omnes hæretici &
crucis inimici, quorum Deus venter est, & finis interitus, quam tre-
mendam sententiam S. Paulus in ejusmodi crucis Christi olores pro-
nuntiaverit: Verbum crucis, ait, pereuntibus quidem stultitia est, his autem, 1. Cor. 1. 18.
qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est.

Gimber Unus pro omnibus.

Hhhh

CON-